



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

26. Aprilis. 6. Cal. Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

ENS.  
ous stu-  
gilare te  
issarum  
im non  
is, quin  
vexatio-  
nte Epi-  
bstitue-  
a pascua  
nox ob-  
ex cuius  
n sedem  
ub Insti-  
claris u-  
vacuat  
vino re-  
ultrò ti-  
d voca-  
is rece-  
ex pre-  
qua in-  
lenique  
isti. Ad  
lumen,  
vexati-  
sanita-  
enunti-  
dolum,  
ino illa-  
c, ut ex  
merit  
S. Ber-

XXV. APRILIS. 319

S. BERNARDUS, serm. 30. in Cant.

Lacrymæ pœnitentium, vinum Ange-  
lorum: quod in illis vita odor, sapor <sup>Lacry-  
mæ, eur</sup> sint vi-  
gratæ sit; indulgentia gustus; recon-<sup>num</sup>  
ciliationis jucunditas; sanitas rede-<sup>Ange.</sup>  
litorum  
untis innocentia; serenata suavitas  
conscientia.

26. Aprilis. 6. Cal. Maij.

B. JOANNES: qui ex nobili stem- <sup>Obij</sup>  
mate ortus, & jam Clericus, ut à <sup>anno</sup>  
mundi laqueis securior esses, sacro Ci- 1145.  
sterciensi Ordini te devovisti. Promissi  
verò pœnitens, cùm Divi Jacobi limi-  
na invisendo, à data fide liberum te <sup>Seria</sup>  
existimares; ea nocte, qua ad propria <sup>visions</sup>  
reversus, fessa ex itinere membra ad <sup>votum</sup>  
quietem componebas, Christus Serva- <sup>redderes</sup>  
tor tibi spectabilis adfuit, jussitq; no- <sup>admo-</sup>  
men tuum, aureis literis libro Vitæ in- <sup>netur.</sup>  
scriptum, deleri; in pœnam perfidiæ,  
quā, quod D E O voveras, reddere re-  
nuebas. Recentem tamen pietatem re-  
muneraturus Apostolus, supplex obti-  
nuit, ut tibi parceretur; stipulatus, ef-  
fecturum se, ut intrà dies quindecim  
tua sis sponsione status. Eadem de-  
in visione confirmatus Cistercium pe-

O 2

tijsti

## 316 ANNI CISTERCIENS.

tijsti. Ubi & parendi, & regendi arte tam feliciter imbibisti; ut te brevi Bonavallis Abbatem, civitas verò Valentina Episcopum aspexerit. Dispare u-

*Multa* sus es utrinque fortuna: pedo pietatis patitur flores in quiete monasticā proferente ab in- quos in publico copiosa spinarum se- vasore. ges excepit. Illam Eustachius quidam

serebat, ejusdem sedis invasor adeò ob- stinatus; ut ad BERNARDI mellitas simul atque aculeatas epistolas surdus, impeteret vi aperta, & insidijs non destiterit; donec fulmine Romano fra-ctus, paucos demum annos impertur- batæ gubernationi concederit. Qui-

*Mori- sur piè prævi- sá horá* bus inter curas indefessas pariter ac pi- as transactis, ad notam migrationis horam vicinos Præsules convocabasti, &

corpore in cineres ciliciumq; abjecto, post sumptum SS. Viaticum, tam placi- dè obdormivisti, ut nullum signum proderet mortem, nisi paulatim lan- guescens motus spirandi. Id postquam circumstantes notavere, querebantur, quòd ultimam à te gratiam Benedic- tonis petere neglexissent. Tu verò vel mortuam manum elevans, stupenti- um desiderium implevisti. Mortuus, an vivus id præstiteris, diu dubitatum est; cùm nihil immutata frontis specie, usque ad sepulchrum permanserit oris

color

Epist.  
185.

color vigórque, qui fuerat viventis.  
 Quamobrem ad te, velut indubie in  
 altera vita felicem, preces suas devota  
 plebs confidenter deferebat: cui exem-  
 plum præibat peregrini habitus senex,  
 veste & canitie venerandus: qui mani-  
 bus pedibúsque tuis osculo, lætissimo  
 libatis, mox videri desijt. Eodem te  
 modo veneratus quidam de Canonici-  
 corum cœtu, qui longa febrium tabe  
 semelius adrepserat; sed sospes & jubi-  
 lans recessit. Nec ullum deinceps sup-  
 plicem, utcunque miserum, liberalis  
 tua manus à beneficijs exclusit. Ah! si  
 etiam mecum sic ageret Deus, ut toties no-  
 men meum de libro vitæ expungeret, quo-  
 ties rupti cum eo fæderis reus sum; jam Fœde-  
 dudum habitaret in inferno anima mea. nova-  
 Tu fædus hic, quod non est aliud, nisi san-  
 tio. Elì amoris, redintegra, & identidem mone  
 immemorem; ut reddam Domino vota, quæ  
 distinxerunt labia mea.

B. GERARDE: quem veluti san- Promoto-  
 tissimus parens BERNARDUS ad- tus año  
 hoc juvenem constituit Longi-Pontis 1131.  
 primum Abbatem; ita tam celeri pro-  
 motione ostendit, non se annorum,  
 sed virtutum tuarum numerum in cō-  
 silio habuisse. Quarum præcipua fuit  
 humilitas, & amor in dulcissimum pa-  
 rentem. His enim urgentibus, post a-

O 3                liquor


318 ANNI CISTERCIENS.

liquot æstates te ad Claramvallemre.  
cepisti, tam diu BERNARDO frui-  
turus, quamdiu illum terris cœlum  
non invideret; in id unum intentus, ut  
sanctissima virtutum illius vestigia tu-  
is semper oculis obversarentur. Formi-  
dabilis est ingressus in longissimum illum

In mor- pontem æternitatis, quia caret egressu: sine  
te pa- metu tamen ingrediar; si, quod unicè defi-  
troni. dero, mors mea Bernardi, tuoque patro-  
nio felix erit.

S. BERNARDUS, ser. 22. de divers.

Religio In via estis, Fratres, quæ ducit ad  
est recta vitam, in via recta... Arduus qui-  
lū via. dem ascensus ejus; utpote per ipsam  
montis summitatē incisus: sed via  
compendiosior laboris magnitudinem  
vel temperat, vel excludit.



27 Aprilis. 5. Cal. Maij.

Floruit  
anno  
1121.

B. RAYNALDE, BERNARDI in  
Claravalle alumne, & itinerum il-  
lius per varias regiones comes indivi-  
due: qui etiam innumera illius prodi-  
gia felicibus oculis intueri, infirmos  
piissimis ejus manibus sanandos offer-  
re, & eadem verè mirabilia opera, ad  
posteri-